

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio u  
cum fonte primo

Cui primo consideret  
an propter se uel propter illum loquatur.  
Si propter se,  
uideat ut ille talis sit  
de cuius colloquio utilitas ei prouenire possit.  
Si propter illum loquitur, caueat ne talis sit ille  
qui uel sua exhortacione non indigeat  
uel ita eciam in malo sit obstinatus  
ut exhortacione alterius corrigi se non permittat.  
Si ergo sic est, nunquam nisi ad nostram  
uel ad aliorum erudicionem loqui debemus.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

Ergo qui cum alio loquitur primum consideret  
utrum propter se an propter illum loquatur.  
Si propter suam utilitatem loquitur,  
uideat ut ille talis sit,  
de cuius colloquio utilitas sibi prouenire possit.  
Si propter illum loquitur, caueat ne talis sit ille,  
qui uel sua exhortacione non indigeat,  
uel ita in malo obstinatus,  
ut exhortacione alterius corrigi se non permittat.  
Si ergo sic est, nunquam nisi uel ad nostri  
uel ad aliorum erudicionem loqui debemus,  
et in ipsa nostra locutione talem discretionem  
servare, ut semper studeamus  
et a sapientioribus discere, et minus doctos  
(ita duntaxat si se doceri patiantur)  
studeamus erudire.

Hugo de sancto Victore, *De institutione*  
*nouitiorum*, 14 (PL 176, col.945B).